

## COMMENTARIVS

spicit fortasse Seneca ad meridianos ludos in gladiatorum cavea (v. Heinze 66) in quibus servi deorum formam induunt, e.g. Herculis, Mercurii, Ditis Patris, cf. Sen. epist. 7,3, Tert. apol. 15,4–5, nat. 1,10,45–47, ubi mimi memorantur in quibus *famosum et deminutum caput imago cuiuslibet dei vestit.*

10,3 *muscam excitare ... canis adsidit.* *adsidit* ad canem qui saepe iacet et surgit pertinet. v. gloss. *adsideo* = συγκαθέζομαι; de animalibus, de fuco, de columba, de aquila, cf. ThLL 2, 878, 2 ss. (*adsideo*); 2, 879, 47 ss. (*adsido*); de cane Aesop. fab. 180 ἐκάθευδεν. *adsido* in prov. CIL IV 950 *ubi me iuvat asido.* de *musca* et *cane* apud Sen. cf. de ira 2,25,3.

De *musca* cf. Aristoph. Vesp. 596–597 de Cleone qui τὰς μυίας ἀπαμύνει. cf. etiam Απόμυιος de Iove (Pausan. 5,14,1, Etym. M. 131,23). de *cane* et *musca* cf. κυνάμυια· ἀναιδής, ίταιμη καὶ θρασεῖα· ὁ μὲν γὰρ κύων ἀναιδής, ἡ δὲ μυία θρασεῖα (Hesych., Suda). *Romae in aedem Herculis in foro Boario nec muscae nec canes intrant* (Plin. nat. 10,79). verba opposita *excitare / adsidere* ad ζῷα θρασεῖα eleganter Seneca refert.

*sura mea Graece nescit.* e variis et mirabilibus coniecturis has memorare volo: *Phormio Graecus nescit* dub. Cortius *Phormio neces nescit* Sonntag ὁ μωρός ea [Graece] nescit Schenkl *simia mea [Graece] nescit* Gertz (verbo *simia* Augustum tecte Claudium significasse putavit Gertz, cf. 10, 4 *sub meo nomine latens*) *psora mea nescit* Birt σφυρὸν meum [Graece] nescit Eden (σφυρὸν = ἀστράγαλος Hesych.) *σύρμα nescit* Herrmann *formulam meam Graecam nescit* (sc. Claudius) Dirkzwager *formula Graece nescit* [ego scio] Zwierlein *famam Graecam nescit* Verdière.

11,1 *Ecce Iuppiter... suspendit illam.* eleganter Augustus contra Herculem, Claudi patronum, memoriam irae Iovis renovat, qui in Iunonem, Herculis inimicam, vehementer exarserat ita ut illam ex Olympo suspenderet (Il. 15, 18 ἡ οὐ μέμνη δτε τ' ἔκρεμω ὑψόθεν) Vulcanumque se interponere conantem ex Olympo deiceret (Il. 1, 591 ρῆψε... θεοπεσόιο, cf. 15, 22–23 δν δὲ λάβοιμι φίττασκον τεταγών ἀπὸ βηλοῦ). Iuppiter enim Claudi rebus favit: cf. *videris, Iuppiter, an in causa mala; certe in tua si aequos futurus es* (10,4). de fabula Vulcani qui propter pedum vitium a Iunone praecipitatus est v. Il. 18,395–397 et Hymn. Apoll. 317–318. versus Homeri Il. 1,591 laudatur apud Lucian. Charon 1, Philop. 4.11, Cels. apud Origen. Contra Celsum 6,42. de diis deiectis apud Homerum cf. Plut. de aud. poet. 20 E. de Caligula deiecto cf. Suet. Cal. 57,3 *pri-die quam periret somniavit consistere se in caelo iuxta solium Iovis impulsumque ab eo dextri pedis pollice et in terras praecipitatum.* de allegoria versuum Hom. Il. 15,18–20 cf. Georg. Choerob. Rhet. gr. III 244, 23–25 Spengel; de deformitate Vulcani allegorice apud Stoicos usurpata cf. Cic. nat. deor. 1,83 et comm. A. S. Pease ad loc.

11,2 <sup>†</sup>*tristionias assarionem*<sup>†</sup>. [*tristionias*] *assarios quidem* Dieterich duce Birtio apud Bücheler<sup>5–6</sup> [*tristionias*] *assarios omnes* Heraeus (*tris Isionas assarios* 'cogitabam coll. Sen. epist. 15,9' Heraeus suppl. adnot. ed. Bücheler<sup>5–6</sup>) *testimoniis assariorum* Ussani *tris γίτρονας assarios omnes* Rostagni (*γίτρονας* = τὰ δύο αλδοῖα Hesych.) <sup>†</sup>*tristionias*<sup>†</sup> *assarios omnes* Ronconi *Christianam assirionem* Herrmann *Tristriones Assariorum* Herescu *tristiones, assariones* Verdière [*tristionias*], *(non) Assar(aci nat)ionem* Eden ('cruces indignatus') *tris unius assis ariolos* Tandoi *tris <sup>†</sup>tio<sup>†</sup> necessarios nobiles, tantum Lund. nobilis et tristis* describitur apud Tac. hist. 1,14,2 Piso Licinianus, M. Crassi et Scriboniae filius: *Piso M. Crasso et Scribonia genitus, nobilis utrimque, vultu habituque mo-*

<sup>5</sup> BT Seneca, Apocolo.